apta populari captui respicasco vestra, carabo belgico sermone hic eam recudi. Passim n. nunc invalescit hac disputatio, ex qua videns magnam se nobis in vidi, am posse conflare. In Apol. tua pro bibliis de praedest. aliquid etiam tractari observavi. Doleo de morte et D. Jungn. & Fortunati: magis vero quod in F. audio non fuisse illam morum & vitae integritatem, quae decebat. Deploro tamen obitum ejus propter peculiare Dei in ipso donum tam perspicue scribendo illustrandi Philoso-phiae partes quasdam satis obscuras; Deus tibi mi Da-vid, dona sua cumulet, et vitam ad defensione veritatis diu proroget. Vale. Salutare quaeso ex me rong. reveris D. Pithop. Wite. And. ac Hymed. Francofurti 22. Febr. 1691.

Scribe mihi quaeso historiam mortis F. Crelli quo die mense morbi genere sit extinctus. Cum D. Bezae re-sponsio contra theses Erasti sit edita, vellem resp. etiam D. Ursini evulgari.

Martin. Lydius.

Praemissis officiis ac obsequiis paratissimis ac promptissimis.

207

S. P. D.

Nulla quidem, R. Doctissime atque clarissime vir, Amice, frater in Christo, ac patrone dignissime, mihi tecum facit, nisi soli nominis ac eruditionis intercessit familiaritas, saepissime enim tecum et cum Doto D. Zacharia Ursino, praeceptore tuo sanctae recordationis in meo Musaeo colloquor. Tamen cum habeam, cui tuto dem, Nobilissimum nimirum, clarissimum, doctissimum ac prudentissimum virum D. Albertum Kindleram a Zorndenstein, Caesareae Majestatis consiliarium ac Lusatiae nostrae capitaneum provincialem, Amicum, patronumque com-patrem cariss. ac dignissimum, qui monuit, ut scriberem, se curaturum promisit, ut ad tuas perveniret, quandoquidem etiam te Heidelbergam ex Silesia, vicinia nostra carissima, singulari Dei consilio et providentia ad promovendam et defendendam doctri-nae coelestis veritatem vocatum, causam habeo gra-

vissimam, cur non solum expetam tandem amicitiam
ac familiaritatem tuam, sed etiam imprimis me pre-
cibus tuis piis commendem: Membrum enim cum sim
Ecclesiae Christi orthodoxae, cur praecipua ejus membra
(quorum caput in coelis est Christus) ac columnas non
amarem ac colerem, quare, ut sim brevis, cum nihil
gratius mihi contingere posse sciam, quam amicè
ac familiariter conversari si non coram, attamen
per literas, cum viris eruditis: Ingenuè fateor,
me diutius animi mei sensa dissimulare non posse,
quin à Domino et quidem majorem in modum
petam, ut me in numerum et album suorum Amico-
rum ac confratrum fidelium suscipere non dedignetur,
spero me Dominum Patronum tali in re inventu-
rum facilem. Me quod attinet, polliceor sedulò ea om-
nia quae ad veram Amicitiam et familiaritatem colendam,
fovendam, confirmandamque requirantur candidè ac
sincerè Christo adjutore praestiturum, pluribus ista à
te peterem nisi me petita impetrasse sperarem.
Status verò Ecclesiae apud nos talis est, quod nimirum
sint nonnulli, licet pauci, qui intelligunt verum
in rebus controversis de coena Domini et de perso-
na Christi, plurimi tamen, qui Flacianorum & Ja-
cobitarum decreta exosculantur et adorant quasi sic.
Iterum & ipse singulari Dei consilio ac promotione
DD. Alberti ac Gedeonis Kindlerorum, ad hoc munus
Ecclesiasticum, officia scil. nimirum ac inspectionis
reliquorum Pastorum nostrae Lusatiae inferioris ex
Volmirstadio huc in patriam sum vocatus: juravi
etiam me veritatis fore & cultorem & defensorem.
Aliter à me fieri non potuit nec etiam debuit
quàm ut veritatis essem confessor et defensor etiam
pro virili: Cumque vestram confessionem de coena Do-
mini & persona Christi improbare ac confutare
nequeam, propterea, quod nititur solido sacrae
scripturae fundamento, publicè testatus sum coram
proceribus nostrae Lusatiae, vos (quos odioso nomine
vulgus imperitum Calvinistas vocat) injustè calu-
mniis perstringi et damnari, eoque Christi gratia, au-
xilio quorundam Politicorum (ex quorum numero
Kindlerorum

Kinderorum familiam etiam feris esse non posse, de dto 1591.
quandoquidem res deducta est, ut etiam illi ipsi, qui antehac nos
contradixerunt diabolice, nunc in lance dubitationis
hereantur, dicentes se veritati etiam locum daturos etc. Ex-
perior varia, sicut fieri solet, accusor saepissime coram
Domino Praeside, coram statibus & proceribus, cum episco-
lam minitantur etiam negotium ad Imperatorem
et Archiepiscopum Pragensem delaturos, sed cum
ex sacris didicerim, haec omnia contemnenda esse quid
enim faciat mihi homo? Itaque pro virili verum sine fuco
de et dolo, album voco album, nigrum nigrum, ac even-
tum Christo Archiepiscopo commendo. Plane etiam me-
cum decrevi Christo adjutore potius vel exulandum vel
quidvis etiam patiendum, si Deo ita visum fuerit, quam veri-
tatem deserendum. [illegible] certaminis eum no-
stris Flacianis scito fuisse sua Biblia Neostadiana
scripta Pezelii & Petri Martyris, illae scripta com-
mendavi meis pastoribus, ac etiam iis, qui hic Lubenae
ad sacrosanctum ministerium ritu ordinationis ini-
tiantur, hinc prima mali labes. Accesserunt aliae causae,
quod nimiorum nolim elevationem, gesticulationem con-
secrationis, ut vocant, signum crucis eiusdemque con-
[illegible] Pontificiorum etc. proclamor calumniatis
hereticus, quod ubiquitatem corporis Christi nolim, oralem
et supernaturalem manducationem negem, exorcismum
traditionem humanam et Pontificiam asseverem locum
& multa alia, de quibus alio tempore cum plus otii erit.
Non enim credis Domine frater, quam superstitiosa
adhuc sit in quibusdam locis nostra Lusatia, credo pro-
pter vicinitatem Marchiae, quae semiPapatum vel sinit,
quum etiam in ceremoniis tuetur. Gratulor autem
ecclesiae Christi de vestra et Neostadiana scholae
scriptis, nominatim de aureo dialogo Germanico, cui ti-
tulus Christliche concordia etc. Dispositionem optarem, ut ea
rum est majusculis imprimeretur literis, quo a senibus
etiam posset legi. Item de Tractatu vestro: Tit. Das
ist nun wahr etc. de visitatione illa Palatina arti-
culorum 21. a quodam nebulone sparsa. Imprimis
vero de scholis catecheticis ursini a te nobis com-
municatis etc. Ago tibi gratias pro hoc officio meo
et omnium orthodoxorum apud nos nomine
quam maximas, ac ne te moveant calumnia

~~moveant~~ malevolorum, quin plura vobis eruditissima scripta cum tuis collegis communices oro; non enim carent fructu, et quo breviora à vobis scripta divulgantur, eò citius et avidius perleguntur et etiam vel convertunt vel in dubium vocant Flacianos. Hæc de statu nostræ Ecclesiæ in sinum tuum candidum (sic enim à Dn. Kindleris mihi es commendatus) effundere multis de causis placuit spero Dno Confratri et Patrono hæc non fore molesta. Porrò cum olim in Academiis Wittebergensi et Jenensi ex vestro Palatinatu optimos habuerim condiscipulos Amicos et fratres Philippum Jacobum Theodorum et Dn. Johannem Theodorum, Clarissimi D. Doctoris Theodori apud vos Medici filios, exoptarem scire, num adhuc in viris essent, et qualis jam illorum conditio, et ubinam etiam locorum essent ac si vobiscum essent, à Domino majorem in modum peto, si vacaret, ut meo nomine salutarentur. Fui tum temporis Nobilium ab Armin Johannis Georgi et Leopoldi, quos tum temporis D. Philippus Jacobus suo consilio Medico curavit Jenæ, convictor D. Joh. Davidis Voiti Pastoris tum temporis Jenensis. Sed manum de tabula, ulterius ferè progressus sum, quam decuit; ignosce quæso; extorsit hoc amor in te meus. Ad extremum Christo comendatus cum omnibus Orthodoxis Vale. Lubenæ Lusatiorum ad Sprevam 30. Julij 1591.

M. Georgius Peflinus Crugerianus Lusatiæ inferioris officialis ac Pastor ibidem.

ἐπιγραφή
Viro Clarissimo D. Davidi Pareo in sapientia ~~[illegible]~~ Academiæ Heidelb. Professori